

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Disputationes Chirurgicæ Selectæ**

**Haller, Albrecht von**

**Lausannæ, MDCCCLV.**

**VD18 90538846**

IV. Dissertatio Medico-Chirurgica Inauguralis De Exostosi Cranii Rariore.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-16489**

I V.

DISSERTATIO  
MEDICO-CHIRURGICA  
INAUGURALIS

D E

EXOSTOSI CRANII RARIORE;


*Quam pro Doctoratu obtinendo tuebitur,*

JOAN. CASPART,

CANTSTAD. WIRTEMB. SUEVUS.

Argentorati, mense Decembris 1730.





Landesbibliothek Oldenburg

## IN N O M I N E J E S U.

## P R O O E M I U M.

P ostquam in materia Dissertationis Inauguralis feligenda diu hæsitavi ; inque evolutione variorum Scriptorum ad Medicinam spectantium selec- tum meum incertum imo nullum animadverti , eo quod tantam rerum co- piam , qua forum Medicum jam est refertum , invenerim , ita , ut non solum meæ tenuitati se statim sisterent plures objectiones , me dehortantes , ne aliquem locum a majori jam occupatum turbarem , sed etiam ne ex crambe bis aut pluries recocta tandem insipidi quid atque ingrati proferrem , quo ipso BENEVOLI LECTORIS calculo omnino me indignum redderem ; Tamen insignis obseruationum & casuum tum Medicorum tum etiam Chirur- gicorum ad rem Medicam amplificandam utilitas ex occasione præfationis Cl. BAGLIVI Praxi sua Medicæ præmissæ viam menti meæ aperuit , co- gitandi de Excrecentiis Osseis , Exostosibus alias dictis . At cum neque ingenii mei vires neque tempus de dictis Excrecentiis in genere atque proli- xiori modo scribere mihi permiserint , in specie tantum inque rarioris expli- catione Casus de Exostosi Cranii sive hujus Excrecentia Ossea pro hac vice subsistere mecum constitui ; id quod eo lubentius in me suscepi , quo magis Exc. Dn. SALZMANNUS Anatomiae & Chirurgiae Professor Publicus Celeberrimus , Fautor ac Præceptor omni tempore pie atque æterne Colen- dus , eumdem Casum , quem ante aliquod temporis spatium anno superiore Ephemeridibus Naturæ Curiosorum jam insinuavit , ulterius explicandi ve- niā mihi concessit . Quare operæ pretium esse duxi , illustrationis gratia Fi- guras Dissertationis meæ calci annexare . Quo rario verò est hic affectus , quoque majore attentione dignus , eo minus B. L. sinistram in partem inter- pretaturum spero , si rem acu non tetigero , enixe rogitans , velit ille qua- lescumque meos conatus æqui bonique consulere , quippe quem non latet , me ob virium mearum imbecillitatem in affectus hujus resolutione non ex om- nibus officio meo satisfecisse . Attamen quoniam mihi incubuit , qualescumque meos in Arte Medica profectus in medium producere , me excusatum fore du- xi , si qualicumque mea tractatione evitarem , ne in errorem supra notatum incurrerem . D E U S T. O. M. meo huic conamini clementer assistat , atque hunc laborem ita dirigat , ut in Ejus Gloriam , Proximi emolumentum , me- umque commodum cedere jubeat .

Tom. I.

I

HISTO-



## HISTORIA.

**F**aber ferrarius XLIII. circiter annorum, temperamenti sanguineo-melan-cholici & habitus macilenti Bacchoq. non modice litans, hic Argentorati anno MDCCXXIII. mens. Jun. dolore pectoris gravativo & vomendi conatus subito corripiebatur, gravativo capitinis dolore & horrore totius corporis paulo post superveniente; quæ symptomata ab assumpto vomitorio & V. S. in pede administrata evanuere, ita ut laboribus suis satis bene defungi denuo valuerit, donec anni insequentis mense Julio rixis cum uxore obortis iraq. gravi percitus simili cephalalgia & vomitu bilioso repetito affligeretur, quæ a remediorum usus rursus cessarant. Postea viatu ex necessitate inordinato uti coactus, & de fide uxoris cum aliis commercium habentis non iustam suspicionem fovens, & ipse vitam improbam agere cepit, atq. non solum Baccho, uti antea jam solitus erat, strenue litavit, sed & illicitæ clandestinæ. Veneri se dedit, a qua gonorrhœam & penes exacerbationem cum inflammatione conjunctam sibi contraxit, quod malum ex intemperatio pudore, quem antea quidem exuerat, Medico celavit, illudq. a variis indiscriminatim adhibitis auxit. Tandem Chirurgi ope, quam implorare coactus fuerat, pristinæ sanitati utcumq. restitutus est. Et ita per trimestre temporis spatium satis bene se habuit, opificio suo vacans remq. domesticam gerens, nisi quod consuetum alias vigorem in actionibus suis haud monstraverit. Quo preterlapsò aliquoties cephalalgia gravissima ex improviso correptus est, & tertia vice ab incide recedens subito vertiginosus in terram procidit nomen J E S U ingemiscens. Domestici accurrentes & totum quantum rigidum frigidum, deprehendentes, Dn. D. a L I N D E R N Fancoris ac Patroni mei omni observantie colendi forte fortuna prætereuntis auxilium implorarunt, qui ægrum sensibus privatum cum frigore extremonum absq. tamen stertore videns venam illico secari, spiritum excitantem naribus admovevi & clysterem acriorem applicari jussit, a quibus adhibitis intra VI. horarum spatium excitatus ad se rediit atq. voce libiore edita, quis eum expugescerit, quæsivit: Diebus insequentibus melius se habuit, præter quod de deglutiendo difficultate & virgine circa glandem ardore conatus fuerit, e quibus uti & aliis symptomatibus haud obscure suspicatus est supra laudatus Medicus ægrum lue venerea infectum esse, huicq. cephalalgiam aliquoties recurrentem deberi. Quare medicamentis mercurialibus in auxilium vocatis ipsum curæ salutorie cum euphoria subjecit, a qua pristinæ, uti quidem videbatur, sanitati restitutus a dictis symptomatibus immuni vixit usq. ad medium mens. Mart. MDCCXXVII. quo tempore a porrecto in alienis adibus pauculo & epoto mox tormenta in abdomen gravia sensit & paucis horis interjectis convulsionibus correptus fatus cessit.

Quia vero assumpti veneni suspicio non levis aderat, Incliti hujus Urbis Magistratus jussu cadaver cultro anatomico subjectum est, eum in finem ut viscerum inter-

interiorum status examinaretur. Et quia in sinistra capitis sede tumor non levis facile apparebat, ejus integumenta simul remota sunt, quo facto Exostosis seu ex- crescentia ossa & quidem spongiosa ab osse bregmatis sinistro duobus digitis transversis a latere sutura sagittalis enata oculis se sistebat, anterius super coronalem suturam ad os frontis sese extendens, inferius vero versus mendoSAM seu spuriam, que dictum os sincipitum cum illo temporum committit, exporrecta, os temporale vix attigit, & superiore sui sede magis, quam inferna protuberans, que Exosto- sis pericranii lamellas & simul musculum crotaphitem non parum elevavit, in- super pluribus hinc inde eminentiis exasperata & sinubus excavata erat, propriis sulcum fere semilunarem a parte anteriore ad posticam transversim excurren- tem in medio sui habebat. Crano serra dissecto & remoto in interna ejus facie similiis Exostosis raro spectaculo conspiciebatur. Hec interior ab externa pluribus discrepabat, erat quippe (1) major & longius latiusq. se extendens (2) magis rotunda & hemisphaerium exactius figura referens quam externa, cuius circumferentia pariter ac pars elevata magis inaequalis extiterat. (3) Substantia ejus osse spongiosa paulo mollior erat, e fibris ossis tenerioribus constans, & plura eaq. majora interstitia intus in sinu suo forens, laminag. tenuissima extus munita. (4) inferius magis quam superna facie protuberabat, cum e contrario exterior supra magis quam infra elevata erat; (5) circumferentia tumoris ossei interna satis inaequalis erat & magis rotunda quam externi, in qua plura hinc inde tubercula ad latus excurrere visa sunt, (6) crassa meninx illa & huic tumori interuo ad- birebat.

Conjectu igitur facile est, qua vi dura mater cerebrumq. ipsum ab hoc tumore osso compressum fuerit, unde illius vasa valde turgescientia eadem vestigia, qua ossi bregmatis costas folii fucus alias representantia imprimunt, in dicto tumore reliquerunt, a qua compressione ultima, qua in hoc subjecto observata fuere, symptoma potissimum derivanda sunt.



## R E S O L U T I O.

Quoniam in admiranda machinæ humanæ structura ossa duriore sua texture naturali, debita figura, situ, atque firma consistentia tum reliquis partibus solidis pro fulcro & motu, tum fluidis ipsis pro naturali æquilibrio, conamine hinc inde sese movendi & debitum atque ordinatum fluxum observandi &c. sicque harmonice inservire debent, corruptis vero, deformatis ac destructis iisdem non longe abest, quin reliquæ corporis partes illis superficiæ & miro modo connexæ varia inde damna accipiant, & pro causarum circumstantiis insigne detrimentum imo plenariam corruptionem patientur. Quid igitur mirum est? Si hic affectus, qui argumentum presentis dissertationis constituit, nempe cranii, quod nobilissimam Microcosmi partem in sinu suo continet, Exostosis sive excrecentia tam multiplicita symptomatum schemata produxerit, tandemque hoc subiectum inter acutissimos dolores vitam cum morte commutare coegerit. Sed jam difficultates non leves occurserunt circa hujus Exostoseos originem, variorum item phænomenorum in & ante gonorrhœam & luem venereum explicationem, ut & ipsam Exostoseos curationem. Quæritur enim 1. utrum hic affectus rarissimus ortus fuerit ante gonorrhœam & symptomata illam subsecuta, ipsamque luem venereum necne? 2. An illa phænomena in Historia ante gonorrhœam recensita ab hac Exostosi tanquam causa efficiente deducenda sint? Ad hæc respondeo, quod hæc Exostosis, post inquinamentum venereum in totam massam sanguineam diffusum radices potissimum egerit, nempe prædisposita partium capitis atonia (§. VI.) (uti tristis ejusmodi dispositionis effectum haud raro observamus v. g. in renum, hepatis & pulmonum affectibus, &c.) Bacchum, victimum inordinatum & animi affectus infœcta virus venereum sanguinis serum coagulavit, quod lentore suo crani tubulos exilissimos ægre permeans tandem ipsam hujus substantiam osseam affectit; Præterea si hæc Exostosis ante gonorrhœam & luem venereum jam adfuissest, vomitorium propinatum symptomata ab initio casus memorata non sustulisset, sed potius illa exacerbasset. 3. An certa hujus Exostoseos signa ars nobis subministrasset. 4. Num cura salutoria dicta malo huic curando sufficiens fuerit, &c. Sed de his quæstionibus plura in sequentibus Paragraphis.

§. I. *Affectus*, de quo agimus, in Medicorum Scholis dicitur Græce Εξοστοσις, ab εξ, ex, & ὄστον, os. Lat. Exostatio, ossis Eminentia & Excrecentia, Tumor osseus, Gall. Exostose, ou une Tumeur de l'os, Germ. Eine Hæmorragie oder Aufwachs eines Beins; & est generaliter accepta tumor ossis in ejus superficie generatus & magis minusve protuberans cum dolore nunc majore nunc minore conjunctus, qui tumor, ubi crescit & augeatur, fibras ossreas distendit; adeo, ut illæ rumpantur. Inde continui solutio & in osse & in periosteо sequitur, & velut nova vegetatio contingit, dum succus nutritius extravasatus in interstitium ossis substantiae & periosteо in-

ter



terjectum effluit, ab humoribus acribus ibidem stagnantibus proveniens. Interdum nova hæc progenies cum osse in unam substantiam coalescit [a], interdum ejus superficie solum quasi adnata est. Specialiter autem Exostosis cranii in nostro subiecto fuit tumor sive excrescentia ossea lamella ossea tenuissima obducta ultra naturalem modum, situm, figuram & dimensionem in ejus tam interna quam externa superficie facta ab humore nutritio per virus potissimum venereum corrupto & intra utramque cranii tabulam in diploë collecto, tractuque temporis ob hujus vasculorum atque tubularum erosione extravasato doloremque non levem excitantem originem dicens. E quibus aliquo modo patet, hanc Exostosim non inepte cariem occultam (§. IX.) sive Cariem ossis absque fistula aut ulcere Fordido appellari quoque posse, quam copiosi humores ferofo-lymphatici ac nutritii perpetuo affluentes atque acrimoniam acidò-corrosivam diluentes ab ulteriore labe præservarunt. Et quo minus in perfectam Cariem ille degeneraverit, vel carnis & pinguedinis præ-primis in cavitate cranii absentia vel cura salivatoria massæ sanguineæ acrimoniæ non parum corrigens, vel etiam cranii textura hoc potissimum in loco non adeo cavernosa, ut illa aliorum ossium facilius materiam viscidam acrem in se recipientium & foventium &c. impedierunt [b]. Subiectum principale fuerunt vascula & tubuli ossei minores in diploë cranii & quidem speciatim ossis bregmatis partim etiam ossis frontis sinistri lateris in quibus humor nutritius per humores vitiosos & potissimum per virus venereum corruptus succedanea erosione Exostosim generans, colligebatur. (conf. §. VI. VII. VIII. IX.)

§. II. Osse igitur bregmatis sinistro & frontis ejusdem lateris pro subiecto Exostoseos nostræ denominatis par esset, ut jam de Ossium structura, figura, situ, differentia, generatione, nutritione atque generali usu quædam præmitterem, quia vero Rerum Medicarum Scriptores Clarissimi [c] hoc labore egregie defuncti sunt, ego in vastum huncce campum excurrere non audeo, quin potius, ne Dissertationis limites transgrediar, de horum ossium speciali differentia & usu, in quibus Exostoseos fomes latebat, quædam breviter enarrabo. In fibris ossium major durities, firmior cohaesio, minor flexibilitas deprehenditur quam in illis reliquarum partium solidarum, unde ossis textura solidior, magis compacta & vi externæ resistendi aptior existit, que dispositio a diverso particularum componentium principio, situ, combinatio-

ne,

[a] uti in monstrosa illa exostosi condylorum ossis femoris in quodam milite observata, de qua vid. Act. Acad. Reg. Scient. ann. 1706. p. 318.

[b] conf. HERM. BOERHAV. Apbor. de cognosc. & curand. morb. cap. de Morb. Off.

[c] Præ aliis GAGLIARDI, Anat. Off. nec non GEORG. BAGLIVUS Specim. L. I. de Fibr. motr. JO. CHRIST. HEYN. Tentam. Chirurg. Med. de præcip. Off. Morb. Exc. JO. SALZMANN. Dissert. de Ossificatione P. N. Argent. 1720. & CHRIST. MICH. ADOLPHI. de Spina Venosa, §. VII. Hal. Magdeb. 1705. COURTIAL. Observ. des Os, aliique.



ne, qualitate, quantitate & nutritione dependet, quam in ipsis etiam ossibus differre, eaque distinguere, nemini non notum est. Ut enim ossa in generis partes corporis nostri durissimae, & fulciendis, defendendisque mollieribus destinatae sunt; Ita supra dicta ossa, scilicet bregmatis & frontis illis trunci extremitatibus supra memoratis proprietatibus antecellunt, quia una cum reliquis cranium componentibus adeo nobilem & a providentia divina in prima creatione mirifice fabrefactam visceris partem scilicet *έγκεφαλον* in se continent atque defendunt, ita ut his destructis omnium nobilissimae machinæ nostræ actiones in illo perficienda sufflamentur & dissolvantur; Quapropter etiam Sapientissimus universi Conditor illis, quæ cranio propria sunt, sphæroideam externe convexam, interne vero concavam figuram, futuras, & strictiorem fibrarum ossicularum absque notabili cavitate interna connexionem largitus est, ne per allisionem a vi externa factam, aut humorum affluxum cerebrum interius dilatantem, visceri huic nulla pinguedine munito noxa facile inferretur. Dum autem hæc stabilio, non ignoro objici mihi posse, (1.) os bregmatis eo in loco, cui Exostosis nostra infederat, tenuius esse, quam reliquis in locis, aut etiam quam alia cranii ossa, unde ut e Chirurgicis hoc repetamus, ictus huic sedi infictos præter alias rationes ob ossis tenuitatem graviores quam alibi esse. (2.) utramque tabulam fere contiguam nulla vel pauca satis diploë interacente deprehendi, in qua tamen tumorem nostrum osseum primas egisse radices supra diximus; Sed respondeo, utrumque verum esse de parte ossis inferiore, quæ ad temporale pertinet, non æque de osse bregmatis, e quo tumor noster enatus fuerat, ut non negem, multis aliis in locis cranii ossa crassiora quam hoc ipsum reperi, sed silentio prætereundum quoque non est. (1.) hanc diploë crassitatem pro subjectorum varietate differre. (2.) plura in dicto osse maxime in interiori ejus tabula foraminula confici, per quæ arteriolæ intrantes non parum humoris deponunt. E quibus horum ossium differentia aliquatenus appetit.

§. III. Quod vero Exostosum species attinet, multi Auctorum inveniuntur, qui plures numero observationes earum partim a succis nutritiis mucoseroesis, partim venereis, scorbuticis tubolorum osseorum dispositionem mutantibus genitarum recensent [d]. Quibus adhuc alii adjungi possent, nisi verba procemii & ratio (§. II.) dicta obstitissent.

## §. IV

[d] Act. Acad. Reg. Scient. (§. I.) alleg. Exc. RUDOLPH. JACOB. CARMERARIUS, Professor Tubingensis Celeerrimus in Epb. Germ. Dec. II. ann. VI. Obs. XCIX. de Ossium Excrecentia in pueri tumore frontis cum augmento laborante. Exc. JO. BURCKH. MOEGLING. Consiliarius & Archiater Ducalis Wirtembergicus Celeerrimus, in Epb. Germ.

Cent. V. & VI. Obs. XXI. de Exostosi cranii interiore, cum polypo auris sinistri. Et officulis duobus dure matris prope falcenti incumbentiibus. MARC. AUREL. SEVERINUS. in Pyrotechn. Chirurg. L. II. Part. I. Cap. CX. de Gunni & Exostosi Calvariae praesertim a venerea lue profectis, & ustione tractatis. Idem SEVERINUS. Chir. efficac. Part. II. Enarrat. Cap. XXIX.



§. IV. His igitur præmissis nostra Exostoseos species consideranda venit, circa cuius situm, figuram, longitudinem, latitudinem, crassitatem, duritatem, & denique partem ipsam affectam cum suis partibus tam internis quam externis ac- & incubentibus prolixus non ero, quia hæc ipsa tum ex historia perfecta tum ex inspectis figuris abunde, uti opinor, patent; liceat tamen hic repetere istam sinistro capitis ossi, quod syncipitis seu bregmatis vocatur, duobus digitis transversis a latere futuræ sagittalis insedisse, & anterius coronalem transgressam ad os frontis pollicis crassitie ultra hanc se extendisse, inferius vero ad futuram mendosam & os temporum exterius desisse, interius iisdem limitibus circumscriptam fuisse, nisi quod ad inferiora magis expongeretur. Figuram internæ magis semiglobosam & in medio maxime elevatam fuisse, externæ vero superius magis protuberans, quam inferius, adeoque hujus longitudinem ab osse frontis versus illud occipitis latitudinem superasse. Crassitatem utriusque una cum cranio unius digiti & 8. linearum & internam crassitatem cranii majorem quam externam extitisse. Duritatem item exterioris superasse illam interioris, quæ e substantia ossa spongiosa rariore constabat lamella ossa tenuissima extus munita, illa paulo firmiore existente, hujus superficiem inæqualem, illius vero satis æqualem fuisse, nisi quod varii sulci, qui interna syncipitis facie alias conspiuntur, huic pariter impressi fuerint. De reliquis, quæ hoc pertinent, inferius agetur.

§. V. Aliqua etiam nunc de specifica nostræ Exostoseos differentia præter varias Exostoses (§. III.) recensitas proferri possent, nempe uti a reliquis ossium tumoribus magis vel minus duris, v. g. a tumoribus gummatosis [e],

Gan-

XXIX. de sectione festina cutis, cui subest Exostosis aut Gummi ossis & quidem frontis. Item Cap. XII. de Exostosi quapiam dera- denda. GODEFR. BIDLOO. Exerc. Anat. Chir. 9. Decad. II. de Exostosi minimi digiti in dextra manu cuiusdam juvenis XXV. annorum, sic & in osse senioris viri LII. annorum. PETIT. l'Art de guerir les maladies des os. L. 3. &c. chap. 1. de l'E- xostose. THEOPH. BONETUS. in Se- pulchr. sive Anat. Pract. L. IV. Sect. IX. de Lue vener. Obs. I. §. 10. inter alia de Exostosi sequentia habet verba ex RIO- LANI Euchirid. Anat. L. 6. cap. 5. Con-

fd. Med. p. 426. 445. & ROLFINC. Diff. Anat. L. 2. cap. II. desumpta: Non nunquam inter duas cranii tabulas trans- colatione quadam humor colligitur, qui tractu temporis vitiatus, acerbissimos cruciatus & concretae inducit, quod sapius acci- dit in lue venerea, in veterata & tum Exos- tosi quadrati cranium protruberat.

[e] Hujus exemplum in osse frontis in virginem quadam reperti & feliciter curati nobis exhibet. NIC. GUIL. BECKER. in Eph. Germ. Dec. I. Ao. II. Obs. XXXIII.



Ganglio, lupia, fungo, nodo [f], tophis [g], spina ventosa [h], & denique a carie & rachitide sese distinguat [i]. Sed quoniam in antecedentibus Paragraphis (§. II. & III.) jam mentem meam exposui, nemo mihi vitio vertet, si prolixiorum hujus differentiae explicationem hic prætermitto, eo minus, quo magis Auctores (§. I. II. III. V.) allegati hunc defectum supplerent.

§. VI. Nunc ordo postulat symptomata in nostra Historia recensita eorumque causas, quantum possibile erit, breviter enarrare. Prius vero quam Exostoseos causas in medium proferam, ad illa, quæ gonorrhœam prægressa sunt, explicanda me accingo; ubi & in nostro subiecto Temperamenti Sanguineo-melancholici potatio Scythica sive Bacchus, tanquam fons plurimorum malorum illis ad tristia sanitatis detrimenta viam paravit; v. g. Dolori pectoris & capitis gravativo, subitanis vomendi conatibus, & horrore totius corporis paulo post supervenienti ab assumpto vomitorio & V. S. in pede rufus proligatis. Quis est, qui non videat? hæc symptomata profluxisse a plenitudine [k] humorum vasa nimis distendentium, cerebri meninges & nervos comprimentium, a colluvie [l] serosa inde deducta & acrimonia biliosa organa cerebri obstruentibus & vellicantibus, & ebrietate [m] organum humorum æstuosum & indigestiones producente; Dum enim plerumque nimia meri copia ventriculus obruitur, & nimis distenditur, a qua diffensione passiva non solum diaphragma in suo motu elasto præsertim vero renitente impeditur, unde turbatus sanguinis in pulmonibus circulus & gravativus pectoris dolor oriuntur, sed etiam reliquæ partes ac & succumbentes v. g. pancreas, hepar & intestina comprimuntur, & debita menstruorum ad chylificationem destinata secretio retardatur, unde fit, ut assumptorum indigestio & loco chyli laudabilis pravorum humorum generatio contingat, qui, dum M. S. subeunt, inque magna quantitate cerebrum intrant, vasa &

[f] Jo. MUSITANUS. T. II. de Tumor. cap. XXVII. ubi de Exostosis in genere tractat.

[g] Jo. DOLÆI Encyclop. Chir. Ration. L. VI. cap. VII.

[h] HERM. BOERHAV. (§. I.) PETIT. (§. III.) cit. JO. CHRIST. HEINE. vid. (§. II.) CHR. MICHAEL ADOLPHI. Differt. (ibid.)

[i] conf. h.)

[k] GALENUS de Loc. affect. L. III. cap. XIII. de Cephalea, Hemicrania & reliquis capitis doloribus afferit: Dolores a plenitudine genitos gravitatis sensum afferre.

[l] PISO. Obs. II. de Morb. capit. inter.

[m] GALENUS. l.c. Nonnullis, in-

quit; caput assidue dolere contingit, ubi vel paulo liberalius vimum biberint, vel merarius; idque eo magis, si natura calidum fuerit. DAN. SENNERT. T. II. L. I. Part. III. Sect. I. cap. III. de dolore capitis sequentiæ habet: Dolor capitis ab ebrietate, & si præsidia medica mereri non videatur, tamen quia ebriis gravissima symptomata accidunt, qualia sunt delirium, vertigo, tremor, convulso, apoplexia, & denique mors ipsa, plane negligi non debet. Perficitur autem materia evacuatione & a capite repulsione, & intemperie si quæ inducta est, alteratione. (qua a nostro subiecto fuit neglecta) Iaque si crudum vimum in veniculo fluctuat, ager novus evomat. &c.



& meninges suo elatere & renitentia pri<sup>s</sup>nt, ibique ob illarum particularum firmam cohæsionem acrimoniam acido-sulphuream in sinu suo foventium atque difficulter tubulos sive vascula cerebri permeantium dolorem capitis gravativum, obtusum & quasi prementem efficiunt; menstrua vero modo dicta a longiore mora acrimoniam acquirunt, quæ si vel in sanguinem tandem iterum recipiuntur, circulum humorum turbant, vel si etiam usque ad novam chyli præparationem ibi subsistunt, nil aliud, quam chylum minus laudabilem generant, qui, quo avidius tale subiectum Baccho litat, magis vel minus corruptus in M. S. transit. Sic & quando vinum magno hauſtu ingurgitatum etiamnum ventriculo inhæret, plurima corpori mala infert; deſtruit enim liquorem gastricum & humores ſalivales affluentes, quibus præter quod ſaburra humorum in ventriculo oriatur, hujus tunicam nerveam afficit, ventriculi debilitatem, indeque ortum dolorem capitis sympathicum plerumque gravativum, ingenii stupiditatem, ſomnolentiam, nervorum debilitatem, aliosque circa vasa minima in C. H. affectus procreat. Nam qualis conſpirationis ſenſus inter ventriculum & caput ſit, experientia in curaione morborum ex vitio primarum viarum genitorum quotidie docet. Sæpius enim ab ejusmodi bibonibus audimus, quod plerumque de ventriculi debilitate & capitis dolore querantur. Anno inſequente rixis cum uxore obortis iraque gravi percitus noſter defunctus ſimilem cephalalgiam & repetitum vomitum biliosum expertus eſt. Quid talis cauſa immaterialis, ſi fortis eſt, & cauſe prædisponentes adſunt, in C. H. efficere queat, observationes practicæ fatis teſtantur; tendendo enim, vellicando atque irritando nervos cerebri in motus ſpasmodicos & inordinatos cogit, vasa cerebri & duræ matris ſanguinem advehentia & revehentia turgida reddit, quæ, dum in actione æquali nutritia & ſecretoria impediuntur, non ſolum atonia tentantur, ſed & iſipsum ſyſtema nervosum in motum extraordinarium rapitur, quo ſupradicta capitis cum ventriculo harmonia cumque reliquis abdominis visceribus perturbatur, bilis in ventriculum impellitur, quibus accedit irritatio in cerebri meningibus, ſunt motus ſpasmodici fibrarum muſculoſo-nervearum oesophagi & ventriculi, motus inteftinorum periftaltici inversio, ſimulque validae convulſiæ muſculorum abdominalium & diaphragmatis conſtrictio-nes, tenſio-nes, &c. inde cephalalgia, inde vomitus biliosus. Porro præter memorata mala (§. VI.) de fide uxorius ſuſpicione juncta Baccho magis, quam antea, indulgens etiam vietu inordinato ſanitatem ſuam petiūdedit; replevit enim non ſolum ventriculum quantitate aſſumptorum, quibus variae cruditates in primis viis induci ſolent, tam vigorem & vim menstruorum cibos digerentium obtundentes, quam etiam flatuum copiam producentes, dum enim cibus juſto copioſior ſufficienter ſubjugari nequit, viſcidus manet, & tandem cachexiæ & obſtructionum cauſa evadit; Sed etiam in qualitate ci- borum peccavit, qui, ſi vel ſolidiores & viſcidiōres vel alterius incongruae naturæ ſunt, plane a ventriculo ejusque calore & menstruis digeri nequeunt, unde neceſſario crudus, viſcidus & corruptus fit chylis, & talis quoque

Tom. I.

K

pro-



producitur sanguis; Sic etiam victu utendi modus erat inordinatus, novimus quippe, diversi generis cibum & potum absque temporis discriminē ingurgitatos C. H. valde nocere, præsertim non bene disposito, imo & laudabilem alias victum noxam inferre constat, si quando justo tempore non assumitur, & prioribus ingestis nondum vero digestis nec in intestina promotis nova statim suggeruntur. Eundem quoque effectum edunt potulenta in primis spirituosa, quæ inconcinno tempore nempe somni justo copiosius ingurgitamus, tunc ventriculi coctio turbatur, excretiones naturales impediuntur, & pro dispositione subjecti & dictorum abusu cachexia, paralyses, hydro-pes, tremores cephalalgiae &c. oriuntur; materia enim potulenta in ventriculo restitans irritat hujus tunicam nerveam, & si copiosa est, supra dicto modo agit, si denique M. S. intravit, subsistit circa vasa capitis & genus nervosum, & quia ab hac etiam particulæ acriores in sanguine cumulantur, quas sepius pustulæ in facie satis demonstrant, istæ fibras nerveas vellicant, vel nimis quoque vasa distendunt, unde tremores, cephalalgiae variaeque segritudines humorum [n] deducuntur, quæ, prout a reliquis rebus naturalibus, n. n. & p. n. (§. VI. VII.) diversam indolem acquirunt, citius vel tardius aut magis minusve graviter ipsa solida in corpore infestant.

§. VII. Tandem modo descriptam vitam Epicuream egisse non contentus Bacchum cum Venere infelici connubio maritavit, a qua mercedis loco gonorrhœam & penis exulcerationem cum inflammatione conjunctam reportavit, atque malum a variis absque discriminē adhibitis remediis adauxit; & quamvis Chirurgi ope utcumque pristinæ sanitati restitutus esse videretur, uti Historia docet, tamen consuetum alias vigorem in actionibus suis haud monstravit, & de lassitudine conquestus est, id quod inde proveniebat, uti ex reliquis Historiæ symptomatibus concludere licet, quod fermenti venerei virus non radicitus [o] evulsum universum corpus inquinaverit; Istud enim, nisi plenarie supprimitur, solet hic morbus lentæ ac diurnæ indolis altas figere radices, & quamquam mitior apparet, intus tamen alit venas, & ita incrementum capit: Quia vero Bacchus etiam hoc malum non parum auxit,

[n] **H**IERON. **M**ERCURIALIS.  
Consul. Med. T. III. afferit: Aegritudines, quæ ab humoribus originem suscipiunt, non alio modo magis augeri, quam a cibis & potibus, quibus ipsi non solum generationem sed & incrementum acceptum habent (nam sanguinis luxuriem gignunt) ut ob hoc magnopere invigilare debeamus, neutrini generosis & copiosis utamur neq. cibis crassioribus & viscidioribus, v. g. Ofracea, veteris animalium carnes, bulbacea, item aromaticæ, salita, acria cuncta effugiamus, tandemque a jugibus indigestioni-

bus nos abstineamus, quas non immerito defluxionum matres appellabat AVICENNA S.

[o] **I**DEM T. II. Consul. Med. XXIX. inquit. Ubi hæc penitus radix gallici tabi evelli non potest, qualibet vel minima illius portio alicui parti infixâ non modo diu citra apparentem lesionem remanet, verum etiam paulatim & latenter succrescens, tandem erumpit, Iuag. symptomata non absq. laborantium molestia manifeste & abundantiter ostendit, &c.



auxit, materia intus contenta congestiones in capite (§. VI.) produxit, & notum est, partes genitales & caput magno consensu inter se gaudere, ut id videmus in subjectis castra venerea strenue secutis, quod tandem stupida reduntur, imo & in iis, quibus voluptatem suam explendi occasio denegatur, mania quandoque superveniat; Ab impetuosa enim tali congestione oritur distensio partium in capite, quæ relaxata elasticitatem & renitentiam in fluida a partium inferiorum constrictione appulsa amittunt, sive humorum propulsioni non sufficiunt; Unde in dictis partibus tanquam debilioribus inflammations, stagnationes, stases, variaeque corruptiones pro circumstantiarum varietate generantur; Et cum præterea fermentum venereum quantitatem humorum vitiosorum mediante impuro phlegmate suo acri rodente procreet, quo serum in sanguine corrumpitur, fit inde, ut calor humorum naturalis perturbetur, &c. Quid ergo mirum est, si crassa meninx hujusque vasorum antea (§. VI.) male disposita [p] ostiolis ossis lenta propagatione ossis bregmatis & frontis (§. I. II.) sanguinem quantitate & qualitate peccantem transmiserint, adeoque serum potissimum a cordibus venereis substantiae ossis maxime infensis conspurcatum ibidem restagnaverit, & interne minima vascula cum tubulis ossis horumque vesiculis (§. VIII.) arroserit, sive tumorem horum ossium (§. I. II.) progeneraverit, de quo sub causis (§. VIII.) nostræ Exostoseos cranii dicetur. Antea autem, quam in reliquorum

symp-

[p] IDEM. Tr. de Morb. Gallic. L. III. cap. II. de causis morb. gallic. ita ratiocinatur; Quare hic morbus modo pilos modo nervos, modo alias partes infestet, nempe: Præter errorem in omnibus rebus n. n. aliqui uno coitu huic venereum contrabunt, alii ex vix innumeris, a varia & diversa corporum dispositione, unde fit, ut qui magis dispositi sunt, ad morbum hunc capiendum, ceteri illum contrabunt, qui vero minus, tardius inquinentur, Quæ ratio est, quod, quibus aliqua corporis pars laborat, semper morbum in ea parte concipient citius. v. g. si quis podagra laborat, & capitul gallico scil. morbo, videtur haec pestis magis graffari in pedes: Ita quoq. si quis oculos lajos habet, & gallico scil. morbo tentatur, magis oculi infestantur, &c. & paulo post: Varie partes a lue gallica inficiuntur, vel quia magis dispositæ sunt & preparata ad eam recipientiam, vel quia minus repellunt: unde quando carnes magis dispositæ & minus resistentes, tum ipse potius tentantur; rursus quando ossa sunt magis disposita, in ipsis magis ponitur & habitat

ipse morbus, &c. GEORG. BAGLIV. Specim. L. I. de Fibr. motr. Quod si pars ante morbum debilis sit, laxiorisq. fibrarum toni, fluida ibidem sanguis focum sive sedem figent; Est enim natura sic comparata teste Dureto coac. 100. Ut si pars aliqua in vito sit ante morbum, in ea se morbi acuti tristitia & secundario foco obfirmant. BOKER. H A V. Instit. Med. Aetiolog. Patholog. §. 794. Materia morbi in parte agra herens, pro causa agnoscit inertiam partis solidae non subigentis, nec expellentis id, quod formare incipit, aut praesentis iam alibi materia pecantis in partem, quæ rancu obsidetur, derivationem. Vid. Exc. DAN. HOFFMANN. I. Dissert. de Historia rarissima sanacionis Cerebri quassati cum deperditione substantia notabilis. Tübinger Ann. 1719. p. ii. ubi in eodem hujus casus subiecto ulcera antiqua ante aliquot annos jam consolidata, sanguinem quamdam ratione coloris cum illa vulneris capitum convenientem rursus fillare incepit, quibus ab eodem Viro Celeberrimo alia exempla annexa sunt.



symptomatum explicacione pergam, ad causas memoratae Exostoseos pedem promoveo.

§. VIII. His itaque (§. VI. VII.) breviter examinatis ad causas nostræ Exostoseos Cranii proprius accedo, exinde concludens, quod hujus affectus causa proxima fuerit humoris nutritii depravati (§. cit.) in vasculis ossium (§. I. II.) stagnatio, horumque minimorum tubulorum ossorum prægresso p, n. calore, dolore, inflammatione [q.] &c. vesicularum oleo subtili medulloso refertarum & periostei interni lenta (§. I.) erosio. Hæc stagnatio (§. VII. VIII.) etiam a mala duræ matris periostei vices in concava cranii parte sustinentis dispositione pullulabat, quippe, quæ membrana est quam maxime elastica & sensibilis, (unde cautelæ in trepanatione & vulneribus cerebri observandæ) quæque vasa inter illam & dictorum ossium (§. I. II.) superficiem reptantia mediante sua elasticitate comprimit, sive circulacionem humorum ibidem multum promovet; quare elater ejus a causis (§. VI. VII.) allegatis destructus stagnationi, obstructioni, & ob causas mox dicendas Exostosi ansam præbuit. Erosio autem originem suam ab acrimonia acidocorrosiva in §phis modo dictis descripta trahebat, quæ rodendo vesiculos & tubulos minimos dissoluebat, & quasi emollebat, humorem vero nutritium crassum ossibus infensum advehendo aliqualem exulcerationem producebat; in quo casu igitur aliquatenus cum partium molliorum tumoribus ad abscessum vel ulcus tendentibus convenit, qualem Arteriæ Aortæ adnatum & ultra fibij. ponderantem Stutgardiae Ann. 1728. in summæ syphilidis subjecto masculino post nimios motus convulsivos extincto observavi, quem, ut brevibus dicam, cum ventriculi parte superiore, rene sinistro, ac duobus lumborum vertebris a carie ultra dimidiari partem excavatis nempe prima & secunda quoad suum tumorem carnosum & excretum atque propria membrana firma non parum vasculosa circumdata in sectione inveni, eumque adhuc conservo; defunctus in vita sua per 4. annos dictum tumorem circa cartilagineum xiphoidream cum dolore lancinante & motu pulsorio &c. gestavit. Ex his (§. VII. VIII.) ergo ruptura in ossium (§. I. II.) meditullio facta succus nutritius extravasatus est, quem natura nunquam otiosa [r.] (quam diu calor & motus propulsivus & continuus in sanguine a motu cordis & respiratione sustentati perdurant) acsi humores affuentes ob eorum ineptitudinem vel etiam partis debilitatem in illorum alimentum vertere non possit, in eam, quam potest, naturam convertit; Et quoniam a rupto tubulo æqualis affluxus humorum nutrientium turbatur, a continua vero fibrarum appositione secundum Clar. BOERHAVIUM aliosque novi tubuli gignuntur, ad quorum proventum acrimonia succorum continuo irritans in nostro subjecto non parum contribuit, illaque luxuries tubulorum tam diu continuat, (teste excentia

[q] HERM. BOERHAV. Aphor. de cognosc. & curand. morb. cap. de Inflammatione Morb. off. JOAN. CHRIST. HEYNNE. Tentam. Chir. Med. de præcip. off. morb. [r] DAN. SENNERT. T. II. L. I. Part. I. Cap. XXV. de Fungis Cerebri,

centia carnosa & fungosa) quam diu a partibus adjacentibus vel remediis topicis nulla resistentia, in humoribus nulla correctio, nullaque vitiata pars ablatio fit, hinc (§. I. a VI. ad VIII.) ratio datur, ob quam nostra Exostosis formata, ut & cur interne major, mollior, externe minor & durior fuerit. Causae hujus Exostoseos proximae causas magis remotas nunc adjungere par est, sed quia in antecedentibus (§. VI. VII. VIII.), quantum credo, sufficienter de ipsis dictum fuit, B. L. eo remitto.

§. IX. Ne autem reliqua in casu commemorata Symptomata intacta relinquam, pauca quædam de illis, quantum instituti ratio (§. III.) permittet, in medium proferam; Nam felix qui potuit cognoscere causas & morborum & symptomatum, scilicet defunctus noster post aliquod temporis spatium cephalalgia gravissima subinde ex improviso correptus fuit, & tertia vice ab incide recedens subito vertiginosus in terram procidit &c. Si jam hæc symptomata in animum revocando (§. I. VI. VII. VIII.) rationis incudi subjiciuntur, exinde forsan haud obscure judicare licet, illa originem suam humoribus [s.] venerea labore infectis & tumori incrementi debuisse; illi acrimonia sua meninges atque nervos non parum vellicabant, hic vero scil. tumor vasa cerebri ejusque substantiam comprimento, & ictus fortiores malleo in incudem continuati motuque tremulo caput & universum genus nervosum concutientes sanguinem affluentem & refluente ex parte retardantes ejus circulum turbabant, (quibus etiam ramus ille arterie carotidis internæ secundum par nervorum nempe opticum prætergrediens & justo magis dilatatus motu suo pulsatorio aucto in dictos nervos impetum fecit,) unde functiones animales impeditæ fuerunt, & cephalalgia gravissima [t] vertigo teñebrosa [v] rigor [x] frigus [y] ortum traxerunt, Hinc etiam ex (§. VIII. IX.) ratio patet, cur V. S., spiritus excitantes naribus admoti & clyf-

[s] Conf. THEOPH. BONET. (§. III.) cit. Obs. C. II. de dolore capitis ab humoris virulento inter cranii laminas contento.

[t] M. A. SEVERINUS. Pyrotechn. Chir. I. 2. p. 1. c. 110. qui ex simili Exostosi derivat Gummata gallica cum cephalaea conjuncta. THEOPH. BONET. I. c.

[v] Celeberr. BOERHAV. Symptomatol. Pathalog. §. 863, de Vertigine. GALENUS de Loc. affect. L. III. cap. XII. de Vertig. tenebr. T. VII. cum Archigeno contendit: Ubi ex primaria cerebri affectione obtenebratio dependet, atrium sonos & capitis dolores, gravitatesque precedere &c.

[x] GALENUS. T. VII. de Plenitud. Cap. VIII. Pruritus inter eos movent, qui modice vellicant, his mordaciores ulcrosum sensum faciunt; his adhuc vehementius mor-

dentes horrorem; mordacissimi rigorem. Videmus enim, quod a puncto vel irritato nervo superveniant rigores, contractiones partium, convulsiones, tensiones ingentes, idemque pariter facere solet acrimonia humorum in nervis atque cerebri meningibus & de quibus GEORG. BAGLIV. de Fibr. motr. Cap. V. de Comparat. mot. Cord. & dur. matr. &c. p. 272. plura exempla profert. Et quid non videmus a festucis osseis post fracturam cranii meninges pungentibus vel prementibus aliquique capitis laisionibus JUNCKER. Conspl. Chir. Tab. LIII. de Vuln. Capit.

[y] Quod si pars quædam nobilior in C. H. a materia peccante graviter afficiatur, novimus experientia, quod in extremitatis tanquam partibus ignobilioribus contractio oriatur, que in causa est, ut sanguis



clyster acrior tantummodo remedia palliativa fuerint, item cur mercurialis folia & cura salivatoria hoc syphilidis subjectum non integre [z] restituerint, dumque M. S. cum suo fero innatante & humores fero-salivales obtundendo, dissolvendo & evacuando acrimoniam venereum in ipsis existentem edulcarunt, cur hic tumor cranii (§. I.) in cariemi non abierit? Quoniam autem in corpore nostro naturaliter constituto inter fluida ac solida debita proportio, qualitas, quantitas, elater & renis &c. adesse debent, & jam (§. VIII.) dictum fuit, quod a rupto tubulo æqualis affluxus humorum nutrientium turbetur &c. & nisi causa partis affecta removeatur, progerminatio tubularum continuet; Hinc præter memorata (§. VIII. IX.) nostræ Exostoseos incrementum atque magnitudo, quam figuræ, præsertim Tab. II. demonstrant, facile concipiuntur; Neque mirum, a porrecto poculo & epoto tanquam causa procataracta (conf. §. VI.) tornina in abdomen mox gravia secuta & tumorem (§. I.) tanquam violentam causam vasa cerebri & meningum turgida reddentem, medullamque encephali & nervos in functione vitali atque animali fortiter comprimendo [a] impedientem convulsuum [b] & denique ipsius apoplexie [c] lethalis causam extitisse. Itaque hæc (§. VIII. IX.) nos monent de illis, quæ THEOPH. BONET. modo citatus in Schol. p. 2. habet. *Singularem soleritatem requirit affectus idiopathici ab eo, qui per consensum est, dignatio, ne pars innocens plectatur, rea vero absolvatur; Replete enim monet Rondeletius Galenum secutus, dicens: Non raro accidere, ut dolor, qui a consensu partium initium accepit, in affectum proprium defnat. adeo ut partis primario laborantis affectu sublato posterior per se subsistat quod in cephalalgicis frequentissimum esse ait: Imbecillitas enim tandem & non delebilis diæteria parti inducitur, a qua congectionis supervacanteorum occasio &c.* Id pariter in nostro casu contigit, in quo nullus mortalium caput internum immediate & idiopathice affectum esse credebat, hoc tanquam insensu pronuntiatum fuit, culpa unice aliis partibus adscripta; Quod enim cephalalgia (§. IX.) in nostro subjecto sympathici doloris fidem facere videbatur,

gnis minori in copia ipsis affluat, in majori autem parti affectæ immittatur, & motu nervorum tremulo illiusque calore naturali atque arteriarum pulsu materiae parti infensa dissolutio & expulsio a natura intendantur, hinc frigus in extremis, hinc calor in internis partibus est.

[z] Quod confirmat Cl. JUNCK. in *Conspl. Med. Tab. XCV. de Lue vener. sub Caut. & Obs. Pract. § 28.* Quando malum, inquiens, quibuscumque methodis non cedit, tum iusta suspicio subest, quod in illo loco, ubi profundiores ardores sentiantur, ossis arrosi corruptio berat, & ebirurgicanum manum expectet, v. g. cranium arrosum

dolores capitis continuos per aliquot sepe annos excitat, & omniem medicationem internam adfernit. Et hæc pariter huic Celeberr. Viro afflentur. M. A. SEVERI-  
NUS. (§. III.) cit.

[a] Celeberr. BOERHAAV. *Physiolog. §. 284. de Nervis.*

[b] IDEM. *Symptomatolog. Patholog. §. 864. de Convulsione.*

[c] IDEM. l. c. §. 860. de Apoplexia. THEOPH. BONET. sepius jam cit. L. 1. Sect. I. Obs. I. de Capitis dolore diurno, in apoplexiā defiente, a sanguine vasa duræ meningis, parte præsertim finitra, distendente, &c.

batur, id exinde proveniebat, quoniam illius vehementia subinde remitten-  
te tumoreque externo jam tum temporis præsente nemo existentiam internæ  
Exostoseos ominabatur. Quod vero cephalalgia nunc remiserit, nunc vero  
iterum exacerbata fuerit, æstui & orgasmo sanguinis a causis (§. VI. VII.  
VIII. IX.) internis vel extrinsecus advenientibus inducto, sive uberiori hu-  
morum peccantium & succi nutritii modo majori modo minori acredine gau-  
dientis affluxui caputque diversimode affidenti merito adscribo. Quibus ac-  
cedit, quod medicamenta evacuantia, corrigentia & resolventia variaque  
topica adhibita illas capsas (§. VIII. IX.) aliquo modo mitigarint; Tumor  
(Tab. II.) autem nihilominus continuo incrementum (§. IX.) sumens ip-  
sam cerebri substantiam cum suis vasculis & nervis magis magisque compri-  
mebat, sicque humorum circulatio, quæ in principio tantum impeditiebatur,  
ob notabilem, uti (§. cit.) dictum fuit, magnitudinem tandem omnino su-  
blata fuit.

§. X. Quibus pro virili expositis ad signa tumoris (Tab. I. II.) nostri &  
quidem diagnostica progrediendum nobis est, circa quorum enarrationem  
prolixo non erimus, quia externus tactui atque visui facile patere potuit, in-  
terni vero vix certa indicia dabantur. Ille quippe cutim hujus loci & reliqua  
integumenta in tumorem satis manifestum superiore (Tab. I. lit. l.) potissimum  
sede elevavit, qui partem affectam intuentibus satis superque conspi-  
ciendum se præbuit, & quia tactu exploratus duritiem & manui seu digitis  
renitentiam præ se tulit, facile inde conhicere licuit, illum non tam partem  
molliorum quam potius duram atque solidam occupare. Me quidem non la-  
tet tumores in partibus mollioribus hærentes insignem quandoque duritiem  
acquirere, si quando vel in glandulis sedem habent, vel sub cute aut alia  
membrana firmiore & multum extensa latent, vel etiam juxta ossa enati sunt,  
vel denique e materia magis compacta ex. gr. carne constat; Nunquam ta-  
men tantam duritiem nanciscuntur, ut dígo prementi prorsus non cedant,  
adeoque hoc nomine ab osseis distinguuntur; quibus accedit, quod ab ejus-  
modi tumoris ossei attactu etiam rudiore nullus ab ægro dolor percipiatur,  
aut si quis sentitur, ille non ab osse, sed potius a periosteo illud cingente o-  
riatur, quod dum afferro, in partibus etiam mollioribus indolentes reperiri  
tumores non inficior. Quod jam illum, qui interiorem cranii tabulam obse-  
dit, attinet, ejus diagnosis valde difficilis erat; Neque enim cephalalgia æ-  
grum saepius affligens, neque actiones (§. VI. VII. VIII. IX.) in illo labefactatæ,  
neque tumor externus manifesta ejus indicia præbuerunt; Quis enim Medicorum vel peritissimorum hariolari potuit, alium internum ex-  
tero similem e cranio enatum esse; hoc unico, quantum intelligo, interior  
hæc excrementia detegi potuisse, si exterior, uti artis est, ablata fuisset,  
quo facto interior in conspectum facile venisset. Cum ergo omnis exostoseos  
affectus sit in se curatu admodum difficilis [d], nosfer (§. I. IV.) præ aliis  
diffi-

[d] CAR. MUSITANUS. T. II. c. 27. Exostosis difficulter curatur, inveterata



difficilior censeri meretur. (I.) ob notabilem ejus extensionem (Tab. I. II.) (2.) propter locum & ossa prestantissimum usum (§. II.) habentia. (3.) ob destructionem non modo externæ sed & internæ illorum tabulæ. (4.) ob insignem cerebri, meningum vasorumque compressionem (§. VII. VIII. IX.). (5.) ob nostræ Exostoseos originem atque moram (§. cit.)

§. XI. Hæc omnia (§. I. ad IX.) dicta in ejusmodi casu admodum difficultem & ancipitem curationem nobis promittunt; Nam *omnis accessio gravia mali ad grave malam facile lethalis* [e] est. Nihilominus autem talis ægrotus, quia necessitas caret legibus, & suo jam tempore **HIPPOTOCRATES** noster *Aphor.* 6. *Sect. I.* pronuntiavit: *Ad extrelos morbos, extrema remedia exquiste optima esse*, ab omni ope & auxilio non est destituendus; Præterea, si stupendos casus ab Auctoribus hinc inde annotatos perlegimus, non solum vulnera cranii sed & ipsius cerebri cum substantiæ deperditione gravissima, sanata [f] deprehendimus. Videamus ergo præsupposita labis venereæ a convenientibus remedii correctione [g], ut & patientis consensu, quid auxilii hac in re ab Arte Chirurgica sit expectandum. Evidem variæ methodi ab Auctoribus (§. III.) citatis nobis exhibentur, quibus urendo, corroendo, dissolvendo, excindendo atque radendo, ope instrumentorum chirurgicorum malo obviam ire tentarunt; Aggrediamur autem ultimam, quæ præ reliquis tutius peragi videtur. I. Priusquam id fiat, corpus debite est præparandum V. S. in pede, medicamento purgante propinato v. g. infuso ex Fol. Senn. f. f. Tamarind. Passnl. min. Rhab. ver. Tart. solub. aliòve sale digestivo, Cinam. opt. Mann. Calabr. Syr. de Cichor. cum Rhab. vel de Pom. Laxat. Item Temperantibus, Absorbentibus, lenibusque Diapnoicis, v. g. C. C. phili. ppt. Oc. canor. ppt. Nitr. depur. Antim. diaph. Cinnab. Ant. ppt., ne ab irritatione in & post operationem metuenda copiosior sanguinis quantitas ad caput ab operatione debilitatum ruat, nimiumque orgasmum inducat, aut humores vitiati in corpore adhuc hærentes curationem difficulter reddant. II. Aliqui aures vel etiam nares lana goffipii aliquatenus obturant, eum in finem, ne strepitum æger inter radendum multum percipiat,

*E*st indurata nra; dē qua vero paulo mitius sentit M. AUREL. SEVERINUS. (§. III.) alleg. de Generatione tumoris ossi a iure veneræ potissimum produc̄ti, ita differens: *Hic si caput supremum occuparit, omnium difficillimus deterrimusque est, propterea, quod principem imbecillam ossa cavam & immedicabilem ferme subiit partem &c. & conf.* (§. III. XI.)

[e] GEOG. BAGLIV. de Morb. success. &c.

[f] JOAN. BOHNUS. de Remunc. Vuln. Sect. I. Cap. II. de Lethal. Vuln. in

generi. EXC. JOAN. SALZMANNI Diff. de Mira cranii Fract. in homine per XL. annos superstite. Arg. 1718. DAN. HOFFMANNI Dissert. (§. VIII.) annot. JOAN. JUNCK. Conspic̄t. Chir. Med. Tab. LXXXVI. de Trepantan. aliisque plures.

[g] GEORG. BAGLIV. I. c. inquit: *Sicuti fluidorum morbi vitio solidorum facti non curantur, nisi solidis ante curatis; Ita contra morbi solidorum a fluidis vitiosis produc̄ti sanari nequeunt, nisi sanato prius fluido.*



piat, quod tamen supervacaneum esse credimus. III. Tunc abrasio prius capillis æger in situm operatori commodum collocetur, & Chirurgus sub directione divina sinceraque animi religione operationem incipiat, & supra tumorem incisionem cruciatam ad os usque cum scalpello incisorio, Gall. *Bistouri* dicto, rite faciat, & quidem suspensa manu, uti in Trepanatione fieri solet, scil. a parte integra ad primam incisionem transversim institutam tendendo, & inferiorem prius faciendo, ne sanguis e superiore profluens ipsam operationem turbet; Labia a fibrofa adhæsione mediante instrumento separatorio modeste removeat, eaque ministro adstanti tenenda præbeat, probe observans, ut una cum cute pericranium uno ictu incidat, atque exacte deradat, ne, si portio quedam ejus remaneat, & ab instrumento raspatorio dilaceretur, gravia symptomata sequantur. IV. Quibus probe peractis tumorem sensim sensimque instrumento, scalpro rasorio dicto, radat, aut illo ferrulam rectam æmulante, cuius iconem *JOAN. SCULTE.* *Armament. Chir.* Tab. VI. fig. I. II. exhibet, tumoris circumferentiam ferrando extirpet, idque eo facilius, quo mollior & spongiosior ejus textura interior fuerat. V. Factis hisce pars affecta, ne aër externus subintret, cito sequentem in modum diliganda est: Margines cavitatis ossæ in circumferentia cultello lenticulari lævigantur, hiatui sindones melle rosato & Aq. Regin. Hung. parum vel Spir. vin. cum ol. rosac. humectatae ope Meningophylacis indantur, lamina etiam plumbea foraminulis prædicta & a *BELLOSTE* depicta modo dictis super applicetur, super impositis spleniis, & plumaceolis siccis in circumferentia Pulv. Rad. Irid. Florent. & Aristoloch. rot. Thur. Myrrh. inspersis, ad offa a corruptione ulcerosa præcavenda, ut & alia splenia pro implenda cavitate applicentur, tunc labia cutis in situm naturalem reponantur, ne crispatura, Gall. *Bourrelet*, dicta, oriatur; omnibus denique impnnatur facculus calidus e discutientibus, nervinis, aromaticis atque roborantibus paratus, ex. gr. Rad. Imperat. Angelic. Caryophyllat. Irid. Florent. Siggill. Salom. Bryon. Aristoloch. rot. Herb. Betonic. Salv. Marrub. Hyssop. Fl. Lavend. Ros. rubr. Chamomill. Til. Lil. convall. Sem. Anis. Nigell. Lign. Saffafr. Junip. &c. qui in vino rubro coquatur, & uti moris est, humiditas probe exprimatur. VI. Tandem totus hic apparatus Fascia, Capitium magnum vel Tegumentum Capitis magnum, Gall. *Grand couvre chef*, dictum, firmetur.

§. XII. Quibus omnibus juxta artis præscripta peractis (§. XI.) sequentes cautelæ sunt observandæ (1.) Post operationem alvus libera servetur Laxantibus, Clysteribus emollientibus, carminativis & abſtergentibus. (2.) V. S. in altero pede ob supra (§. XI. I.) allegatas rationes reiteretur. (3.) Æger remedii internis cephalicis, nervinis & analepticis temperatis refocilletur, v. gr. Aq. fl. Til. Lil. convall. Anhalt. Schroed. Cephalic. & Antepilept. August. Epilept. Lang. Spirit. C. C. succinat. Conf. Alterm. incompl. Specif. cephal. Mich. Pulv. epilept. March. Syr. Poeon. Julep. Violar. De his æger mane sumat; Vesperi autem absorbens, temperans & humorum

Tom. I.

L

acri-



acrimoniam corrigen, e. gr. Lap. cancr. ppt. Nitr. Depur. Antimoniat. Antim. diaph. Rhabarb. ver. Cinnab. Antim. vel nat. ppt. Eleosacch. Succin. (4.) Quia in assumptione ciborum diætam exactam observare debet, nutritionis gratia quandoque in juscule carnium juniorum animalium Gelat. C. C. & Ebor. sumat. (5.) Ejus potus ordinarius constet ex Speciebus temperantibus, demulcentibus & expectorantibus, v. g. Rad. Gram. Liquirit. Paf. ful. min. Raf. Ebor. C. C. uſt. Sem. Anis. &c. Sed absit nimia dulcedo, ne ructus & fatus inde oriuntur, atque caput labefactatum per consensum patiantur. (6.) In deligatione vulneris Chirurgus foculum cum carbonibus ardentiis vel lignis juniperi accensis, imo etiam in ipsa operatione, temperiei aëris gratia proxime appositum habeat. Hisce (1. 2. 3. 4. 5.) est continuandum, prout ægri status haec vel illa magis minusve requirit; iisque potus theiformes calidi ex appropriatis interponi possunt, ut: Herb. Thee. Orient. Veron. Beton. Capill. Vener. Fl. Papav. rhoead. Ras. Lign. Sanct. Rad. Salsæparill. Liquirit. &c. (7.) Instrumentum rasorum sèpius tollendum est, ne per nimiam incalcentiam illud hebescat, ossique detrimento [h] sit, uti & eam ob causam, ut scobes ei adhærentes detergantur, insuper status ossis & profunditas explorentur. (8.) Vulnus contra aërem externum vel nimis frigidum vel nimis calidum muniatur, ille partes constringendo, hic autem rarefaciendo nocet; Ut enim in omnibus capitum vulneribus æger in temperato calore est servandus, ita in hoc casu ob magnam substantiæ offæ (Tab. I. II.) deperditionem ille eo magis est necessarius. (9.) Sit bene tranquillus laterique vulneris opposito ad cerebri relapsum impediendum, alia que symptomata inde metuenda incumbat, neque sit in loco nimis obscurò neque nimis sereno, donec pro circumstantiarum varietate mutatio concedi queat. (10.) Quoad cibum & potum acida, salsa, acria spirituosa, pinguia nimis, oleracea &c. (non neglectis aliis rebus n. & n. n.) ut & sermocinatio multa sunt evitanda. (11.) Ufus mere spirituoforum in vulnere hic exulet; irritant quippe meninges, sanguinis motus orgasticos & convulsivos, inflammations cerebri & meningum producunt, inque his sanguinem stagnare faciunt, unde pro subjecti conditione apoplexia, gangræna, sphacelus imo & ipsa mors sequuntur. (12.) Hæc operationis methodus & deligationis apparatus (§. XI.) illud commodi habent, quod in ista Operator magis in potestate sua habeat instrumentum (§. XI. iv.), coequ tam diu agere valeat, quousque pars corrupta a sana sit separata; Ab hoc vero impeditur, quod cerebrum & meninges haec tenus a tumore compressa non tam cito resiliant, indeque major sanguinis affluxus variaque symptomata (10.) excitentur. (13.) Denique omnia illa sunt fugienda, quæ vulneri nocent ac corruptionem inducunt, v. g. oleosa obstipantia, humida putrescentia, emplastica, unctuosa obstruentia, acria suppurantia. Sic natura, impedimentis omnibus remotis succo glutinoso membranam vel cartilaginem formando jaeturam off

sis

[h] J. JUNCK. (§. XI.) cit. p. 619.



sis resarcit. Sub calcem hujus tractationis non diffiteor, plura curationi nostræ Exostoseos addi potuisse, sed quia talia sub Titulis de Trepanatione, Vulneribus Capitis, Lethalitate Vulnerum apud Auctores Chirurgico-Medicos satis inveniuntur, ideo illa omittere non diu hæstavi. Et hæc sunt, quæ ob exiguae ingenii vires de hac observatione conscribere mihi licuit, & quia quandoque bonus dormitat Homerus, spes me alit, fore, ut si in multis erravero, B. L. hocce meum levidense de illa redditum judicium tamen æquo animo excipiat, meosque conatus, si vires defecerunt, non male interpreteretur. Ceterum D E O T. O. M., cui, quicquid sum, debo, sit Laus, Honos & Gloria in seculorum. Amen !



FINIS

L 2

T A B.



Landesbibliothek Oldenburg

## T A B. I.

- a a a a. Circumferentia Exostoseos, quæ a tabula cranii externa excrevit.  
 b b. Ejus longitudo ab osse occipitis ad os frontis se extendens, quæ pedis Regii Parisiensis 3. digitorum 5. linearum est.  
 c c. Latitudo 2. digitos 10. lineas æquans.  
 d. Os frontis.  
 e e. Os sincipitis finistri lateris.  
 f f. Sutura sagittalis.  
 g g. Sutura coronalis.  
 h h. Pars suturæ lambdoideæ.  
 i i. Substantia osseo-spongiosa denudata, quia lamella ossea cum pericranio fecessit.  
 k k. Sulcus fere semilunaris per medium tumoris a parte antica versus posticam transversim excurrens.  
 l. Pars tumoris superior magis protuberans.

## T A B. II.

- a a a a. Tumor osseo-spongiosus e tabula cranii interna enatus.  
 b b. Longitudo ejus 3. digitorum & 6. linearum.  
 c c. Latitudo 3. digit. 1  $\frac{1}{2}$  lineæ.  
 d d d. Sulci, quos arteria duræ matris tumoris impressit.  
 e e e e. Substantia osseo-spongiosa denudata, quia lamella illam cooperiens cum dura matre ablata fuit. Crassities seu protuberantia usque tumoris una cum cranio erat 1. digiti 8. linearum.  
 f f. Sutura sagittalis.  
 g g. Sutura lambdoidea.

F I N I S.



## HISTORIA.

**P**uer octo annorum, temperamenti laudabilis, & floridi corporis habitus, die 15. Sept. anni 1689, in vicina urbe manu scholam petens, ab immatu-ro piro, ex alto in dextrum sinciput projecto, caligine oculorum & vertigine correptus concidebat, & aphonus domum deportabatur; ubi sine sensu, usque ad meridiem, jacens, tandem post repetitam evomitionem jentaculi, & multa-bilis, vocalis iterum redditus, manu locum lesionem monstrabat, & de insigni do-lore capitis conuerebatur: Cumque dextrum sinciput & vertex admodum in-tumescerent, nec vinum calidum, cum butyro & duplicito linteo adhibitum, sufficere videretur, chirurgo cura agroti demandabatur. Hic, quod cutem inte-gram cerneret, super imposito emplastro, plagam nullius momenti esse pronuncia-bat, nec diete curiosus, de aeris aut ventus decente usurpatione quicquam pre-cipiebat. Imo cum, mense dimidio elapsa, per lanceolam puri, sub cute latenti, exitum pararet, istudque satis coctum effueret, presentibus signis laesi cranii, do-lore continuo pulsante, stupore, masticandi difficultate, appetitu debili, sonno tur-bulento; spem tameu parentibus facere audebat, intra octiduum curationi fi-nem impositum iri. Sed irrito successu: quippe, utut quotidie tam per modo me-moratum, arte factum, vulnus, quam per aliud novum, non longe ab isto, sponte natum foramen, haud parum crudi liquaminis excerneretur, non tamen tumor inde subsidebat, sed ultra principium quinti mensis perdurabat, & tan-dem ne levissimum contactum quidem, sine magno dolore admittebat. Cuius moræ parentes & agnati impatientes, postquam reliquorum chirurgorum istius loci, perversa curationis tristem exitum subolentium, majoremque existimationis sue, quam charitatis erga proximum, rationem habentium, fores frustra pulsassen; die 21. Januarii, anni 90, puerum huc ad avunculum suum, Danieliem Man-num, optimæ notæ chirurgum, deducebant, a quo ego in consilium accitus in dex-trum sincipite, juxta futuram sagittalem, duo ulcuscula lentiformia, & dimidium pollicem a se invicem distantia deprehendebam. Hæc ichore plena erant quem ad singulos cordis pulsus modice subtilitatem ceruebam; cumque totus ambitus ultra futuram coronalem, atque λαρυθοειδην, elatior esset, & tangentи fungosus intusque carnis videretur, ac insuper leniter pressus, cum ejulatu agri, prædic-tum ichorem ex ambobus ophiolis emitteret, non sine ratione cranium subitus cor-ruptum esse, & sine mora detegendum statuebam. Premisso igitur leni evacuan-te, d. 23. explorata per specillum ulceris profunditate, & demptis forifice capil-lis, per decussatim sectionem ex cute copiosus sanguis niger propullabat. Vulnere lege artis deligato, & qua circa diatam, internaque remedia necessa-ria videbantur, rite dispositis, statim sequente die illud labia, multo quam ant-ea, graciliora habebat; cumque tertium religaretur, portionem tabulae craniı superioris, a reliquo osse solute, in fundo gereret, & crassitie papirum, for-a-niūib; cribrum, ambituque schema, I. exhibebat. Hac sublata, medullosa cal-variae

